

2466
BIBLIOTECA DELLA SOCIETÀ STORICA SUBALPINA
DIRETTA DA FERDINANDO GABOTTO
XLV

VOLUME PUBBLICATO SOTTO IL PATRONATO DEL MUNICIPIO DI TORINO

GIOVANNI COLLINO

LE CARTE

DELLA

PREVOSTURA D'OULX

RACCOLTE E RIORDINATE CRONOLOGICAMENTE

FINO AL 1300



PINEROLO

TIPOGRAFIA GIÀ CHIANTORE-MASCARELLI

1908

Corpus Chart. Italiae, XXXIII.

cianur participes tam in capitibus quam in membris et ad maiorem memoriam rei geste (3). ordinauerunt inter se. dicti dominus abbas. et dominus prepositus. de consensu et uoluntate capitulorum suorum. ut in ecclesia vlcensi pro defunctis fratribus canonicis et conuersis ordinis sancti Rufi: die lune post festum sancti Johannis baptiste missa sol(l)epmnis. et ante maius altare processio: deuote atque sol(l)empniter celebretur Et hoc idem fiat in ecclesia monasterij sancti Rufi pro defunctis fratribus canonicis et conuersis ecclesie vlcensis: Preterea fuit inter eos dictum et approbatum quod abbas. et conuentus sancti Rufi. si quando necessarium fuerit. in negotiis monasterij vlcensis sint fauorabiles et benigni: et eis impendant. consilium. auxilium. et fauorem. Prepositus autem et capitulum ecclesie vlcensis. abbati et conuentui sancti Rufi in casu consimili teneantur. In cuius rei testimonium. Nos supradicti abbas et conuentus sancti Rufi et nos dicti prepositus et capitulum vlcense sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda.

(1) C: communj tractatu (2) suarum è in *sopralinea* in B. (3) C: rei memoriam

CCCX.

Giovanni, prevosto di Canelli, accetta la proposta fattagli da Lantelmo di Clays per mezzo di Umberto, prevosto vlcense, di cederli la commenda della chiesa di Santo Stefano di Cossano, con che detto Lantelmo lo indennizzi delle spese incontrate per la medesima (17 giugno 1273).

FONTI. — A. Orig. in Arch. St. Tor., *Prevoté d'Oulx, Titres*, ecc.

OSSERVAZ. — Sul verso della pergamena è la nota archivistica: « N. Archiv. N. 110 (S. T.) ».

(S. T.) Anno dominj millesimo ducentesimo septuagesimo tercio. inditione prima. die sabbati. xvij. intrante Junio. in ecclesia sancti thome de cannellis. presentibus domino belengerio presbitero dicte ecclesie. et petro de grasnouolo testibus. Cum dominus Johannes prepositus ecclesie sancti thome de cannellis quandam litteram sibi missam sigillatam sigillo dominj prepositi Vlcensis recepisset a venerabili viro domino. hu[m]berto. preposito Vlcensi. et a conuentu eiusdem loci. cuius tenor talis est. Humbertus permissione diuina Vlcensis prepositus et eiusdem loci conuentus dilecto fratri in. Xpisto. Johanni preposito de cannellis salutem in domino. Cum domus siue archipresbiteratum sancti stephani de coxano quem vobis com[m]endauimus multorum perplexum honore debitorum. dilecto nostro. l[antelmo]. de clays latori presencium vellemus si de vestra voluntate procederet.

commendare. nichil tamen in his vel aliis proponentes facere quod vestre sit contrarium voluntati. et credentes quod huiusmodi commendatio et dicti lantelmi societas vobis specialiter et predictae domui expediret: cum dictus l[an]telmus. paratus sit dicte domus debitorum honus viriliter supportare: Rogamus vos quanto carius possumus quatenus: quicquid inde alio tempore faceretis nunc curetis per effectum operis adimplere. quia forte non de facili nobis facultas alterius persone se offerret de qua ita sufficienter dicte possimus domui prouidere. Misimus autem ipsum ad uos personaliter ut si in his assensum prebueritis vobiscum de expensis conueniat quas fecisse-
[tis] occasione domus superius nominate. Rescribatis autem nobis super his vestram voluntatem et de resignatione patentes litteras remittatis. si tamen duxeritis resignandum. datum Vlci die mercurii post festum beati barnabe. Ecce quod dictus dominus Johannes prepositus dicte ecclesie sancti thome volens precibus vt mandatis dicti dominj prepositi Vltiensis et conuentus eiusdem in omnibus obedire: dictam domum siue archipresbiteratum sancti Stephani de coxano seu commendationem ipsam in presencia mei notarii infrascripti et testium suprascriptorum: in manibus belardj de secusia canonici Vlciensis vice ac nomine dicti dominj prepositi Vlciensis et conuentus eiusdem recipientis prout melius potuit pure et libere resignauit et penitus renunciauit. Confitendo dictus prepositus cannellarum sibi fore de expensis per predictum l[an]telmum. plenarie satisfactum quas fecerat pro administratione et occasione dicte domus siue archipresbiteratus a tempore citra recommendationis dicte domus siue archipresbiteratus sibi facte. Supplicans hoc presenti instrumento dicto domino preposito et conuentui vt de persona dicti lantelmi dicto archipresbiteratui velint vnanimiter prouidere. S[c]ituri quod dominis castri sancti stephani dicta prouisio erit grata et inde hanc cartam fieri preceperunt. Et ego ruffinus de poçolo notarius palatinus interfui Rogatus: et hanc cartam tradidj et scrips(s)i.

CCCXI.

Annonovo, prevosto ulciense, accensa a Filippo Costavol di Valbonneys le decime degli agnelli e dei capretti appartenenti alla prevostura nella parrochia di Arènes (27 luglio 1281).

FONTI. — A. Orig. in *Arch. vesc. Pinerolo*.

OSSERVAZ. — Sul verso della pergamena è la nota archivistica: « 12 n. 241 au Tiroir D. D. n. (S. T.) ».

(S. T.) Anno dominice natiuitatis millesimo cc^olxx^oxj^o. Jnditione